Dissertatio medica inauguralis, qua physicae educationis virtus eximio salubritatis specimine conspicua ... praedicatur ... / proponit Theoph. Conr. Christi. Storr ...; respondente Joanne Christophoro Plebst.

Contributors

Storr, Gottlieb Konrad Christian, 1749-1821. Plebst, Johann Christoph. Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tubingae: Litteris Jo. Christian. Theoph. Franckii, [1775]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/pb8mdgvr


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



49992 B

Digitized by the Internet Archive in 2019 with funding from Wellcome Library

https://archive.org/details/b3051518x

Edgent Cyrist

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

PHYSICÆ EDUCATIONIS VIRTUS

EXIMIO SALUBRITATIS SPECIMINE CONSPICUA,

FACTIS

AD DUCALEM WVRTEMBERGICAM ACADEMIAM MILITAREM
IN SOLITUDE FLORENTEM
OBSERVATIONIBUS PRAEDICATUR.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE

CAROLO,

DVCE WURTEMBERGIÆ ET TECCIÆ Rel. Rel.

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

MVNERI PROFESSORIS MEDICINÆ PVBLICI ORDINARII IN STVDIORVM VNIVERSITATE TVBINGENSI

NVPER ADMOTVS,


A. D. MARTII MDCCLXXV. H. L. Q. C. AD DISPVTANDVM PUBLICE PROPONIT

THEOPH. CONR. CHRISTI.STORR,

MEDICINÆ DOCTOR, DVCALIS AVLIATER ATQVE MILITARIS ACADEMIÆ IN SOLITVDE ANTEA MEDICVS.

RESPONDENTE

JOANNE CHRISTOPHORO PLEBST, Lauffensi, MEDICINÆ CANDIDATO.



TVBINGÆ, LITTERIS JO. CHRISTIAN. THEOPH. FRANCKIL

ALLIA SUL UANT ADIONAL OTTATABES OF

SERENISSEMO AS ALUTENTISEMO PRINCIPE

DVCE WUNTEMBERGIE ET TECOLE PC. Rel.

JOANNE CHEET CONTINUE PLEAST. LEAGUE.

JEORGE LISTER OF CHERTIAN STREET, BUILDRY

ACCIORE LAW SINGLACE OF GREEKENING

MANY SINCESSORS IN THAN

303950 016 CMM00



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

CAROLO,

DVCI WURTEMBERGIÆ ET TECCIÆ, COMITI MONTISBE-LIGARDI, DYNASTÆ HEIDENHEMII ET JVSTINGÆ, EQVITI AVREI VELLERIS, CIRCVLI SVEVICI PRINCIPI DIRECTORI ET GENERALI CAMPI MARESCHALLO,

Duci ac Domino Suo Clementissimo,

SEDIS MVSARVM IN EBERHARDINO - CAROLINA STVDIORVM VNIVERSITATÆ, QVE TVBINGÆ ELORET,

ADAVCTORICLIBERALISSIMO,

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO,

HELICONIS, IN MILITARI ACADEMIA, LOCO MVSIS GRATIISQVE AMICISSIMO, INSTITUTA,

MVNIFICENTISSIMO STATORI,

APOLLINI FVLGENTISSIMO,

AMPLISSIMORUM BENEFICIORVM LARGO FLVMINE IN LITTERATA SVMMI PRINCIPIS REPUBLICA VTRAQVE

GRATIOSISSIME ORNATVS,

NOVISSIMEQUE MVNERE HONORIFICO BENIGNISSIME AVCTVS

OPVSCVLVM

GRATISSIMI ANIMI SENSV VNIVERSVM FETVM
SVBMISSA VENERATIONE

CONSECRAT

OPTIMO PRINCIPI

DEVOTISSIMVS

AVTOR.

CHARLES AND AND AND AND TO BE SHOULD BE SHOULD

SPOLENCE WILDENIES NO.



S. I.

pusculum hoc academicum dum edo, Alma Eberhardino Carolinæ legibus pareo, incumboque primo sic pensorum, adquæ, SERENISSIMI MUSARUM NOSTRARUM MÆCENATIS nutu atque adprobatione confirmatis, confonis Amplissimi Senatus Academici fuffragiis, collatum Publici Ordinarii Medica disciplina in hac Studiorum Universitate Professoris munus me adstringit. Neque adeo omnino hæsitandum, vtrum veniam sit inuenturum, quod lex postulat, institutum; at hujus ratio, quo iudicari rectius de ea possit, continuo exponenda: Cumprimum itaque de argumento disfertationis incidisfet cogitatio, haud videbatur longe circumspiciendum, cui in confuetudine objecti, plurima attentione vtique dignissimi, ex aliquo iam tempore, versari contigisset; Quodnam etiam aliud occurrere animo prius aut potuerat, aut & debuerat, quam idem illud, quod ex omni parte aliquid offerret, gratissimos ad sese oculos, ex plurimorum Optimi Principis non bene, optime in me factorum, vividissima memoria conuertens? Quodnam capiendo confilio gravius accedere momentum poterat, quam annuens CLE-MENTISSIMI DOMINI significatio? Estque vero mihi sermo de illufiri militari Academia, in splendidissima ducali sede voluptaria Soli-



Solitude dicta, sub ipsius Serenissimi Patriæ Patris auspiciis, magnanimoque moderamine nata, aucta, ac quovis etiamnum die, augescente; Cujus, cum, elapsos hosce per tres annos, valetudinis cura clementissime demandata mihi esset, hinc inde opportunitas suppetiit, observationum, cum objecti, vnde promanaverint, nobilitate, tum & suo aliquo pondere commendabilium, messem quandam faciendi. Atque, prudentissimæ laudatæ Academiæ administrationis hoc ipso sese comprobans que fert præstantia, plura sane aduersariis inuenio inserta observata, quæ ad hygienem fua natura pertineant, quam, quæ, argumenti indole, iatrices loculis adscribenda essent. Quare prior quidem istarum adnotationum pars & eo nomine alteri præferenda fuit, quod ditior memorabilibus effet, & quod hominis naturam illustrantia momenta quædam, eaque non adeo maiorum occupata curis subministraret; quam etiam thematis partem mea cum prouincia, nempe physiographicis præcipue studiis sacra, conjunctiorem esse judicaui. Sed & studiosius ad hygienes curam dirigenda videbatur animorum aduertentia, vtpote in fanitatis conferuandæ opere plurimum fere otiofior, at in conatu se restituendi, dum ægritudo monet, semper operofa. Demum, vt alienissimus sim a suspicione, singulos in ciues patriam amantes, injustissima futura, quasi admonitione opus effet, tot in momentis agnofcendis, quibus de re publica laudatum institutum optime meretur, mihi sane ducerem religioni, hoc Ioco apprime notandum, ipíoque víus & experientiæ vel magis inculcandum testimonio, ponderosissimum silentio præterire benesicium, illud quidem, quod ex cura alumnorum fanitati undequaque adeo prospiciente, non in nostram saltem ætatem, sed in nascituras porro ex robustissimis, quos institutum nobilissimum formare satagit, hominibus progenies, non potest non profluere, amplissimum. Nec, dum jam una etiam hæc consideratio animo obversatur, tanti obiecti memoria diutius me sinit investibulo hærere.



En itaque B. L. fidam, nec, quod nimis superesset, ullo dictionis artificio fucatam eorum historiam, quæ in fanitatis commoda memorato loco fiunt: Jamque a descriptione mansionis ordiendum, cujus quippe ut perpetua, ita in valetudinem potentissima vis est: Ipfo Serenissimi Ducis splendidissimo in prædio, cui Solitude nomen, locum datum esse militari Academia, præmonui; Ejus nunc prædii, quod pronum conjicere, lectissima sedes est; Ducatus universi admodum in meditullio, medii Stuttgardia ab urbe milliaris interiecto discrimine elatum apicem, vicinorum montium in invidiam, superior altitudine mons edit, cujus corona Solitude. a fronte, plurimorum lapidum in ambitum, frequentium pagorum, villarumque, tum &, rectissima quo via ducit, Ludovicopolis urbis, arcisque Aspergensis, & collium, integrorumque montium jugorum producta serie se expandentium, & saltuum, pratorum, agrorumque multifaria facie jucundissimum, amplissimumque, nec illud ipsum scenæ angustia, at oculorum saltem limitata acie circumscriptum spectaculum. Latera tergumque silvæ tegunt, qua prædium ducale tangunt, in nemora converfæ. Magnifice exstructis ædificiis amænissimi circumjecti horti, & facierum multitudine, in liberali omnium consensu, illecebræ intuentium, & flore, in quem suis sese induunt temporibus, oblectamenta narium, fuavissima medicataque regionem atmosphæra circumfundunt.

S. III.

Primumque, quod falubritati loci hinc commodum subnascitur, haud perfunctorie recenseo, cum non uno titulo in valetudinem benesicum, pluribus eorum votis simul satisfaciat, qui publicæ educationis negotium studiosius sibi sumserunt perpendendum: Remotior in universum a populosis urbibus aptissimus ideireo judicatus



catus locus, (*) quod purior in eo hauriatur aer, vtpote nom adeo, ac sit in vrbibus, tot inter ædisicia immobilis persistens ipsaque fic pigritia degenerans, vel & frequentiore víu folo facultate recreante emunctus, copiosis denique alienis vaporibus inquinatus; Neque vero vnice, quod ruri vitiis careat coelum, quæ in atmosphæris vrbium notantur, his illud præferendum, quum & sua se natura plurimum commendet, fœtum quippe exhalationibus plantarum, quarum maxima in vegeta reddenda atmosphæra vis, qui ruri unquam habitauit, neminem fugere potest; Nec aliud atmosphæram animalium halitibus aliisque vaporibus corruptam inftaurandi potentius dari remedium, quam admotas plantas, folertissimis constitit Priestleyanis experimentis (**); hæ nempe, dum, magnetis inftar, alienas äeris ambientis partes, phlogisticas maxime, alacriter imbibunt, substitutis suis humidulis, antisepticis, vniuersisque salutaris atmosphæræ qualitati amicioribus effluviis, non falubrem modo vegetamque, fed medicatam quoque auram constituunt. Atque his præclaris agrestis äeris virtutibus, in rure Principis Celsissimi potior alia accedit, illa quidem, quod, quas nostri agri ignorare solent, numerosissimæ ibi plantæ colantur, vt reliquo ingenio, ita florum etiam fragrantia calidius, quod patrium iis, coelum redolentes. Videas ibi certe, alterum millenarium numero superantem, variarum, quæ Arauhaeo nomine vulgo comprehendi folent, (Orangerie) ejus generis arborum copiam; ut florum multitudinem jam taceam, quorum amplissimæ cohortes, æstiuis singulis fere mensibus, aliæ atque aliæ, e seminariis prodeuntes, sibi fuccedunt.

S. IV.

^(*) J. C. H. Heluetius hinterlassenes Werf vom Menschen, von dessen Geisstes Kraften, und von der Erziehung desselben. A. d. Fr. Breslau.
1774. 8. B. 2. Abschn. 10. Kap. 3.

^(**) Philosoph. Transact. Vol. LXII. 1772.

^(***) G. Cheynæi Tractatus de infirmorum fanitate tuenda, vitaque ptoducenda. Par. 1742. 8. Cap. I. S. 9.



E'ri asc

Nee prætereundum aliud, quod in excelfo prædii ducalis fitu fundamentum habet, falubritatis eius atmosphæræ præfidium: Humilibus elatiora, vbi optio locorum data fuerit, fauentiora fanitati ratio habet vsusque (*); Immo etiam, si consulamus Verulamium (**), excelfa loca potius longæuos edunt, quam depressa. Neque memoratum montem, in quo sedes militaris Academia. vtut adiacentes altitudine superet, editissimorum montium apicum illud tangit vituperium, quod nimia raritate aliisque hinc oriundis defectibus peccans äer ineptus respirationi evadat. Iteratis sane observationibus a tali incusatione absoluendum esse locum didici. in quo plures grauibus pulmonum morbis antea adfecti liberius respirarent, aliqui plane convalescerent, ipsique ii, qui vera phtisica infecti labe accessissent, leniri morbum persentiscerent, vel faltem longius, quam credi poterat, vitam protraherent. Idemque ipsum aliis, quæ objici excelsis locis solent, opprobriis, responto effe arbitror, experimentum. Ventorum ista inclementiæ præ aliis subesse arguuntur, nec eadem, quæ in depressis atque vndequaque circumscriptis locis, hic expectari potest auræ stabilitas. Nollemus etiam eandem fore. Ecquidetiam fano homini, ea maxime ætate, quæ facile quamplurimis affuefit, à cœli mutabilitate. tanti mali? Præcipue, cum adeo reformidati furores illi ventorum, mediterraneis in regionibus, vix cognofcantur, nec etiam nociuis humidis vapor bus nostrates venti infestare soleant. (***) Et cur infigne a perflatu fanitati veniens emolumentum ingratiffimi diffiteremur, cum noxia effluuia, morborumque germinantes fomi-

^(*) J. Pringle Beobachtungen über die Krankheiten der Armeen. Altenburg. 1772. 8. Theil I. Rap. I.

^(**) F. Baconi Opp. Lipf. 1694. Hiff. Vitæ & Mortis. p. 517. Idem testimonium Targioni confirmat. Itin. Lett. al. S. Orazio. p. 45. Short in tabell. p. 3.

^(***) G. Cheynæi jam excitatus tractatus, Cap. I. S. 10.



tes in atmosphæra nidulantes, exclusionemque funestissimam operientes, frequenti ventilatione aut excutiantur prorsus, aut diluantur tamen atque cicurentur? Constititque etiam observatorum morbosos circa eventus ibidem adnotatorum sæpe consirmato confensu, si quæ mala epidemica viciniam affligerent, in fortunato montis cacumine levia saltem istarum pestium vestigia ingenii similitudinem adfinitate typi exprimentia suas benignas scenas lussisse. Agnoscamus itaque tot saluberrimis effectibus laudabilem loci præstantiam.

S. V.

Sed & singulariora privæ mansionis alumnorum militaris academiæ jam exponenda commoda: Ampla domicilia inhabitant, spatiosisque in cubiculis, & congruis distincta intervallis, sua singulis cubilia sunt, quo id præcipue curæ fuit, ut cum naturæ providentia, quæ loci adeo salubritati favit, & conspiraret res domestica. Eumque etiam in sinem Halesiana ventilabra ad senestras, & qua conduceret, ad tecti basin, applicata sunt spiracula. Demum, ut desiderandum nil supersit, ipsa mutatione mansionis ejus salubritati providetur, cum æstate ineunte, hibernaculis æstiva quædam domicilia substituantur.

S. VI.

Atque horum omnium stabilitati conservandæ munditie curiosa sanctoque ordine prospicitur. Unde facile intelligitur, quo contendatur studio, ut ædes instituto isti consecratæ, quotidie verrendo, lavando, quo demum cumque modo purgando nitidæ serventur. Nec minor cura adhibetur, ut crebra linteorum mutatione aliisque quibuscunque cautelis vel umbra immunditiei ab utensilibus iisque omnibus, quibuscum militaris Academiæ alumno res est, sollicite arceatur. Patet, attentione maxima in id incumbi, ut in proprio corpore summam elegantiam alumni excolant; Nec quidquam præ-



termissum, quod obtinendo tanto sini ministrare valeat: Sæpius quovis die faciem, manusque abluere tenentur, æstate crebra balnea, pediluvia hieme bis quavis septimana injunguntur, nec quis omissa unguium recisione, vel negligenter pexus, vel dentibus secordius abstersis ad prandium cænamve ausus fuerit accedere, quorum omnium quotidie examen' ab instituti animadversore singulisque ordinum ductoribus strenue instituitur. Istarum autem cautelarum ut administranda in quacunque re familiari, ita in amplissimo trecentos iuuenes alente instituto etiam maximum esse pondus, probandum vix existimem.

S. VII.

In universum exquisitus ordo tot se in militari Academia bonorum fontem præbet, ut ejus jam præcipua momenta quædam non possim non attingere. Hoc ibi dies senerantur, quos alias solutioris vitæ perturbationes mutilare, immo pessumdare prorsus solent, vitio, quo plurimæ domesticæ laborant educationes, multoque liberantur dissicilius, quam publicæ. (*) Quibusque modis, omnibus adeo numeris absolutus ille ordo essetus saluberrimos, quos prædicavi, plurimos multiplicesque edat, mox patebit, cum, per partes jam eundo, enucleatius illum proposuero.

S. VIII.

Ejus nunc ordinis historiam, quantum sieri id quidem possit, plenam tradituro, prima cavendum cura erit, ne quid a congrui, in singulis momentis enarrandis, ordinis religione me declinare patiar. Primum itaque diei perquam prudenter stabilita partitio commemoranda, quasit, ut suum matutinæ consurrectioni, suum que cubitum itioni, suum precibus, institutionis generi cuique, perceptorumque repetitioni, exercitationibus etiam ac recreationi suum, suum jentaculo, prandio, merendæ atque cœnæ, amictuique suum, verbo, quæ geruntur toto die, iis suum omni-

^(*) Helyetius I, c,



omnibus statum tempus sit. Quo in deligendo eo, quod maxime & fingularum rationi partium, & omnium in instituti commoda harmonico confensui, sit opportunum, summo cum consilio provisum est: Multo mane surgunt, æstiuo quidem tempore matutinam quintam, septimam hiberno præuenientes; actumque agerem, laudanda ejus moris in emolumenta fusius excurrendo, cujus nunquam suis in præceptis laudes diætetici argumenti scriptor prætermiserit, quasque paucis, at nervose satis dudum Aristoteles his comprehenderit: τετο γας και πεος υγιειαν, και οικονομιαν, και φιλοσοφιαν χεηςιμον. (*) Primum, quod agitur, & ultimum, atque cibum ante capiendum, captoque cibo, est precatio sollemnis. Jentaculo recreati ad studia accinguntur. Aperiuntur auditoria, hora, dum bruma fævit, octava, ab hieme exacta, feptima. Singulis inde horis aliæ aliis substitui solent institutionibus, quæ cum disciplinarum, tum & locorum vicissitudines & sanitati & discentium fervori perpetudis optime conveniunt; Quo loco illud etiam notandum, quod equos subigendi, gladio decertandi, musicam tractandi, pingendi, graphioque figuras exarandi, & faltandi artes eorum etiam in numerum pensorum referantur, quibus horæ institutioni sacræ impenduntur; hæ autem seriis studiis interpositæ exercitationes minus intendunt, immo relaxant animum, atque ad refumendos libros alacriorem reddunt; Quod ideo præcipue monendum fuit, ne quis ex numero horarum labores vnice æstimans nimium eorum pondus esse, calculi quodam errore, judicet. Vndecima prælectiones matutinas terminat. Proxima elegantiæ curæ hora data est, vnde ad prandium admittuntur. Prima a prandio hora deambulationi aliive corporis exercitationi patet. Merendaque mox distribuitur, quo tempore prælectionum pomeridie mutationes fiunt, conficienda. Pomeridianarum institutionnm series a secunda hora septimam versus extenditur; hæc & ad cænam vocat & finem studiis imponit. Sereniores vesperæ æstivæ subiungendis cœnæ ambulatiunculis locum dant. Prohibitæ ex toto funt & fani-

^(*) Oeconom. 1, 1, C, VI, -




tatem &, alumnorum in frequentia, turbaturæ etiam ordinem lucubrationes. Itaque nona fere ingruente hora in lectos se recipiunt. Eoque typo inviolatus quotidie vigere ordo consueuit; Nec, nisi festo die celebrando, aut, cum singularem veniam Serenissimus instituti Sator largitus Ipse suerit, vllalocum inuenitaregula exceptio. Vnde manifestum est, non posse non insignes, quales sunt, effectus edi ab ordine tam sapienti, tamque inconcusso.

J. IX.

Dixeris profecto, tanti ordinis beneficio id ipfum obtineri, ut, quidquid agant beatissimi isti juvenes, priuo cuidam salutari sini inserviat. Sed & aliud, nec minimi momenti, commodum ex eo fonte proficifcitur, illud quidem, quod errores in diæta atque omni non naturalium rerum ufu commissi, pessimis sepenumero eventibus noxii, tamen ab ætate parum circumspecta vix alias arcendi, ex toto hic circumcidantur. Neque enim video, qui fieri possit, ut semper observatus, suoque nunquam arbitrio relictus talis adolescens, vel, a vehementi incalescentia, præceps frigidam ingurgitan, frigidumve aërem imprudenter admittens, in summum vitæ periculum se immergat (*), vel intempestivo, immoderato, infa-Iubrive cibo sibi noceat, vel &, quibus plurimi se alioquin perdunt pueri, aliis fanitatem excessibus pessiumdet. Quibus & momentosissimum illud beneficium accedit, quod conservando & ætatis flori & vigori fanitatis a compresso voluptatum studio venit, sibi relictæ juventuti eo perniciosiori, quo violentius in illud ferri solet. Cujus faluberrimi præcepti nec antiquissimos scriptores (†) pondus latuit, nec prætervideri hodie potest, eorum nimis sæpe confirmatum

^(*) G. v. Swieten Comment. T. II. p. 214. Hildb, 1747. Sydenham Opuscula. Sect. VI. C. I. p. 244. Amstel, 1683.

^(†) M. T. Cic. de Offic, L. II.



matum tristissimis exemplis, qui spretæ legis, sui semper vindicis, pænas dedere, proprio in corpore, gravissimas.

S. X.

Neque vero unice frugali distributione temporis, eorumque, quæ e re non fuerint, resectione, sed utilium præcipue subministrationi, justoque, in iisdem largiendis, modo sua laus debetur. Victus ratio primam fibi hujus pertractationis partem vindicat. Cibum quidem ea, quam severiores diætæ censores (*) literarum cultoribus expendi volunt, sat restricta portione, alumnis suis dispensari, summa recufat AMANTISSIMI eorum, vereque ALTERIUS PATRIS munificentia; Sed, omnino a iquid addendum ætati, quæincrescit (+); Et fane, quo religiofior in sui observatione nullus, ipse Sanctorius, eiusdem modi legi omnes fubicere dubitans, illam cibi quantitatem saluberrimam pronunciavit, dum a cibo corpus suis negotiis eadem agilitate vacet, ac si esset iviunum (o); Quem illis in enutriendis nunquam superari modum, quoties, post prandium, expeditissimos, ætatique ridenti peculiari cum alacritate, deambulantes conspicias, non fine voluptate convincaris. Plenus nunc, nec justo tamen plenior ille cibus delectu etiam aptaque præparatione magis fanitati accommodatur, ne iterum moneam, quod reliqua instituti ratio, absque alta diuinatione, affequi conjectura finit, portionum, ex ætatum differentiis menfuras definiri, unde minimorum menfa, integro plerumque ferculo abbreviatur. Jentaculo paniceum jus eft.


^(*) Præcipue Ludov. Cornarus Nob. Ven. Tract. de vitæ fobriæ commodis. & J. G. Berger de commodis vitæ fobriæ dissertatione Vitembergæ 1705. Et l. c. G. Cheyne.

^(†) A. C. Celfi de Medicina L. II. Cap. III. p. 35. Jenæ 1713. Hipp, Aph, Sect. I. 14. 17.

⁽⁰⁾ Sauctorius a Sanctorio Med, Stat. S. III. Aph. 36.

est. Prandium a jure, qui saluberrimus inter nos mos est (*), primordium capit, deinde bubula, hinc oleris vel leguminis paropfis fequitur, adjicitur quatuor cujusque septimanæ diebus, multo cum aceto cocta, ferina caro, qualem anni tempus præcipue commendauerit, cervina, leporina, aprugna; iis tamen a ferculis teneriores abstinent. Panem convivio adesse, intelligitur. Iterum pro merenda panem fumunt. In coena juri additur, præter panem, aut lacticinium, aut ferina caro, aut vitulina, neque hæc nisi provectioribus apponuntur. Carnibus æstate sæpius oxygala aut acetaria sub-Dominicis etiam aliisque festis diebus adscititio. cibo mensa augetur. Iisque pariter diebus impomentis prandium ornatur, quibus plerique magis, quam vino, delectantur; est autem, utro frui malint, istis diebus, optio adultioribus, dum posteriores ordines, quibus fere parvuli comprehunduntur, ut ferina, sic vino etiam pomisque excluduntur. Nec prioribus ipsis, nisi dictis diebus, vini cyathus conceditur Potu quotidiano aqua vtuntur, quam folam ad quæcumque adimplenda potus munia factam natura esfe, vel ex eo patet, quod sitim restinguendi facultatem cætera potulenta aquæ omnem debeant, cuius commendandis saluberrimis virtutibus lubentior iam acquiesco, cum non proxime attineat ad talia descendere, nec aliis omissa sint (**). Quod nunc, in parum aquis redundante militaris Academia sede. felicissimum contigit isti loco, pura atque innocua ibi aqua hauritur. Fitque adeo maiori iure, vt primo omnium potulentorum. fua ibi plenissime reddatur prærogatiua. Festiuo vino in hospitio faltem habito, omne reliquum potulentorum genus academiæ cellis proscribitur, spiritus ardentes maxime, calidique illi latices, etiam duplici igne nociui, quos nihilo fecius, familiares hodie plerisque esfe, multis etiam necessarios visos, noui-Quorum dum vniuersali lege omnis vetatur vsus, numerosa fimul malorum cohors auertitur. Jamque, vtut, in laudando vi-Etus & delectu, & ordine modoque, dictis subscribat, vel inde quis-

^(*) Spielmann Olerum Argentoratensium Fasciculus I. Argent, 1769. (**) G. Cheyne l. c. Cap. II. S. 18.



quispiam obiectionem forte depromferit, etiam nimis ad amuffine æquiparatam omnium eorum esse rationem, nec olim discessuris ex academia datum vnquam iri, antiquo filo pergere, ægriusque corpora confummatissimi ordinis religioni adfueta mutationem latura esse. (*) Ad quæ responsio in promtu est, & ordinis samiliaritatem secundorum, quos edere solet, essectuum memoria, constanter prudentissimo cuique cultum iri, & prima ætate essicacissimam esse talis consuetudinis vtilitatem, inque secuturos annos semper beneficam; neque demum eo vsque rigidam exerceri legem, vt nulli vnquam locus fit exceptioni, quum & memoratis oppositum exemplis constet. Excitatis ils festiuis veniis alia accedit, liberalitatis ambitu festo quouis maior, singulis tamen propemodum diebus aliquos eorum beans, qui digniores tali præmio fe reddiderint. Factonempe SERENISSIMI Ducis in aulam aditu, in ducali cœnaculo, Ipsius propter Principis convivium, menfa iis sternitur, quo tempore submoti suis circulis principum more cibantur. Vides, B. L. inventionis nulla vi excogitari posse, quod vi-Etus commodis utiliter addatur.

S, XI.

Exercitationum moderamen ad robur corporis sanamque vitam vix minoris esse arbitror momenti, quam ad vitam nutrimentum. Cujus quoque observationis dignitas, si unquam alii genti, perspettissima olim Græcis suit, qui peculiari studio Gymnasticam excoluerunt, atque ejus etiam nimio amori indulgentes, alias sere posthabuerunt minime inseriores educationis partes. Gymnastices quidem titulo si ea omnia complexus sueris, (**) quæ usu demum addiscuntur, pauca sunt, quæ ejus artis extra terminos jaceant; quippe plura, quam quis rerum superficies intuitus existimaverit, consuetudine magistra homo doceatur, cui dum, modo nato, sit habi-

^(*) A. C. Celfi de Medicina L. I. C. I. p. 21. Hipp. Aph. Sect. II. 50. 51.

^() J. G. Berger. De Commodis exercitationis corporis. IV. Vitemb. 1705.



habilitatis fere nihil, in facultatum inexhausta vi, quid non periculo discendum? Et hoc quidem jure gymnasia vocaveris, quæcunque instituta hominem se uti docent. At vero toti homini paucisfimæ institutiones prospiciunt, aliis plus corpori, plus menti aliis curæ impendentibus. Mihi quidem, militaris academiæ physicam unice educationem spectanti, cujus, ex recepto loquendi more, in corporis faltem cura habenda, provincia versatur, jamnunc, post alia huc collineantia plurima demonstrata commoda, exercitationum facienda est mentio, non infimam physicæ educationis partem constituentium. Pluraque, cum de diei prudentissima partitione fermo effet, exercitiorum genera, superius (*) attigi. Eorum alia funt, quæ univerfum fere corpus agitant, fingularem alia præcipue partem exercentia; & media inter hæc dixeris, quæ, dum corpus quidem ex toto movent, aliquam præ reliquis concitant regionem. Qua confideratione magis, puto, elucescere, quot fint & quam multiplices virtutes, quas memorata exercitiorum genera varia, modi etiam, & temporis, partisque, in quam agunt, varietate edunt.

S. XII.

Reliquum est, sanitatis ut præsidia exponam, quorum ille sinis est, ut incolumitas tot curis parta, a potentiis adversis pro virili desendatur. Triplex optimum ad sinem obtinendum mediorum genus provide adhibetur. Primæ quidem curæ est, ut sorensecus adventuro malo omnis aditus sollicite præcludatur. Ne itaque contagium quis novus aduena secum introducat, quilibet ad locum in Academia adspirans, prius quam recipiatur, coram medico curiose per chirurgum pertrectatur, nec, nisi sanus deprehensus, alumnorum numero adscribitur. Deinde pari studio cavetur, ne inquilinum aliqua degeneratione subrepat inquinamentum, cujus Ba



quidem metus supra (*) laudato summe religioso elegantiæ studio maximam partem propellitur; Inque ejus cautelæ complementum crebro fuis in cubiculis alumni a medico lustrantur. Si qui fuerint infirmiores visi, ii singulari cura foventur, & lactisusu, medicatisque aquis & herbarum fuccis, variisque prophylaxeos instrumentis, proprioque cibo fustentantur, dum ad majus corporis robur perducti, potentius ab iis, quæ obesse sanitati solent, defendere se valeant. Tertia cautione providetur, ut, quos morbos nasci, nulla cura præpedire potest, eorum mox primitiis expedite occurratur, sanique ab infectionis quovis periculo immunes serventur. Cui fini optime inservit, quod, ut in universum eorum, quæ geruntur, ad plures, instituto propositos, quolibet in eventu, pervenit notitia, sic quoque levissimimum quodvis fanitati offendiculum obortum, ex præscripto ordine, pluribus indicetur, adeoque nec minima labecula observationem subterfugere possit, Tali itaque nuntio accepto, quo modo se res habeat, illico medicus explorare tenetur, & si quid subsit morbosi, a reliquis ægrum separat, qui, dum omnino convaluerit, in peculiari ægris confecrato habitaculo se continet. Quibus nunc modis morbo decumbentes adjuventur, fuso sermone enarrare hoc loco non est animus. Sufficiat, quod iis ipsum, quibus aliqua Ducalis Academia militaris est notitia, superflue dictum videbitur, id verbo tetigisse, quidquid in solatium ægrorum ex fonte theologico, medico, diætetico, chirurgico, pharmaceutico, economico, qualicunque demum alio huc pertinente, expectari possit, ejus certo in ægrorum alumnorum cura nil desiderari.

S. XIII.

Potuissem & aliorum, quæ in salubritatem alumnorum militaris academiæ plurima sane siunt, cum ex capite regiminis animir pathematum, tum vestitus rationis & quæ ejus generis conditiones

(*) S. VI.



funt, ditissimum subnectere catalogum, nisi dicendorum saciendum esse jam compendium, viderem, quo minus hæc in libri molem tractatiuncula excrescat. Nec, putem, post eorum, quæ vel paucis pagellis hisce leguntur, liberalem reputationem, in ferendo de militaris Academia ad sanitatem ratione, æquiori iudicio, B. L. valde suspensum fore.

S. XIV.

Sed eloquentius effectus jam loquatur: Confidenter in quoscunque provoco, qui congregatam militarem Academiam videre fese meminerunt! Fateantur, quam gratissimo novoque sensu suerint perculfi, cum trecentorum omnem formofioris ætatis florem beatæque vitæ ufum vegetis vultibus exprimentium puerorum dulce mirarentur spectaculum. Et, qui effectu suo excidat tam concors prudentissimorum ad optimum finem mediorum concentus! Sæpe, cum alumnos quosdam in transcursu saltem adspectarem. licuit novitium a veterano habitus flore, quo hic illum superabat, dignoscere. Pluribus aliquando mensibus, valetudinarium omni hospite vacasse, caudide testari possum. Sed & infaustos quære eventus, mortuorumque, accipe, tribus, academiæ quibus annis interfui, numerum octo fuisse alumnorum, inter quos duo erant, vera phtisi antea jam laborantes, quam ingressi domum fuerint, neque enim primo anno tam religiosa inquisitio in sanitatem instituebatur, quam subsequentibus annis, cum adoleuisset magis institutum. Alius variolis confluentibus cum duplici voluulo vermem includente conflictatus obiit, aliusque post variolas confluentes superatas, materia morbofa ad pulmones delata, gangrænam ibi producente; quintus a caro pertinacissimo nec medicinæ applicationem admittente suscitari nescius; putridissima febris sextum & repentina fuffocatio feptimum extinxit, fingularique morbo fuccubuit alius, qui, cum he atis obstructione & hydrope liberatus esset, essuso in thoracem fanguine, a pulmonis dextri, ad externum marginem, superiorem partem versus replicati, eique superficiei accreti, resoluto



luto disruptoque coalitu, subito periit. Sed octo saltem, eaque qualia excito, funera, triennii spatio, in instituto incidisse, quod iuniores, mortique adeo violentiæ pluribus, quam aliæ ætates, portis patentes (*), trecentos homines semper alit, haud vltimo pro eius maxima salubritate argumento esse videtur. Isque numerus etiam exilior redditur observatione addita, quod trecentorum iuuenum alumnatrix academia, intra triennium, duplo plures numerare possit, ejus temporis successu, incolas, cum plurimi ex primo anno academia missi fuerint, aliique in eorum locum sussensitati. Morborum quoque sanationes plurimas commemorare possem, quas, alio in loco, quam in quo tantus ordo regnet, totque salubrium conditionum congruat opportunitas, mihi quidem, pari cum successu, vix & ne vix quidem considerem persicere. Sed breuitati studendum, cauendumque, ne prius mihi dictæ legis, academiæ virtutum viuida memoria abreptus, obliuiscar.

Vnum adiicio & ultimum, quod non minus, ac lætus ille prædicatus habitus, facilime observatoris in conspectum venit, saluberrimæ ipsorum conditionis documentum, eximium, inquam, alumnorum incrementum. Cujus quidem felicissimus successus vt sæpe oculos in sese convertebat, ita curiosiori observatione dignum offerre animo obiectum videbatur, eo magis operæ pretium largiturum, quo plus in re inuestiganda spicilegii sperandum sit, quam, opportunitatis sorte penuria detenti, consummatissimi hominis historiæ scriptores, minime absolutam reliquerint. Consilii euentus qualis mihi suerit, B. L. judicio docebor, quem in sinem eius nunc

fummam, differtationi, quacum & obiecti observationis & observatorum amico vinculo cohæreat, in compendio subnecto.

Superiorem partem verfus replicati, eique superficiei accessi, reto.

^(*) Buffon. Hist. Nat. Gen. & part. T. II. p. 663. Susimilch gottliche Dre-



Appendix.

A d incrementi rationem explorandam, cum allatis argumentis, 1 opportunitatis quoque mouit præstantia, quippe in Ducalis militaris Academia mensuris, quanta optari possit, maxima & diligentia & fides obtineat, cum, præsente Ipso Serenissimo Aca-DEMIAE PATRONO, quouisanno, aliquæ mensionesinstituantur, menfurarumque commentarii, Academia in tabulario, sedulo adseruentur.

Primum quidem adspectabilis, in quo defixos sæpe oculos pascebam, alumnorum incrementi comprehenfurus quendam modum, quid intra idem tempus plures creuerint, subducto calculo eruere studui: Itaque, qui commorati fuerint in Academia & diutissime & æque diu finguli, selecti; Repertique CXVI, qui, superiori anno confecto, quartum factæ in Academia militari moræ annum compleuerint. Quorum quidem nullus fuit, qui non aliquod, ex quo Academiam intraffet, incrementum ceperit. In mensione pes Wurtembergicus adhiberi confueuit, duodecim, vt conftat, pollicibus, qualem quatuor lineæ constituunt, factus. Pes Wurtembergicus ad Parifinum fese habet, vt 13913: 14400.

Pedis signum solus numerus erit, cui supra adspersa virgula pollicem, gemina lineam indicabit.

Minimi, 3' incrementi vnum exemplum fuit, iuuenis, ætatis hodie XXI, qui, cum academiam intrasset, pubertatis euolutionem iam superasse videtur; estque ille habitu ad obesitatem omnino potius, quam ad proceritatem inclinante.

Incrementi 3', 2". vnum pariter extat exemplum, iuuenis, corpulentiam si exemeris, a dicti conditione, parum diuersi. 5' creuit alius, pubertatis nondum stadium attigisse visus, XIV annorum,

humilis staturæ puer.



Sex aliorum incrementum invenio 5', 1", quorum unus ætatis annum agit XIII, duo XIV, unus XV, duo XVI.

Duo increverunt 5', 2", alter annorum XIII, alter XVI.

QUATUOR 5', 3". Vnus horum XI, alter XII, alius XV, demum alius XVI annum agit.

6': aucti Septem, unus XI, alter XII, duo XIII, alius XIV, duo XVI annorum.

6', 1". QUINQUE, unus X, unus XIV, unus XV, duo XIX annorum.

6', 2" Duo, alter XI, alter XIII annorum.

6', 3". SEX, unus XI, tres XIII, unus XV, unus XVIII annorum.

7' QUATUOR, XI, XII, XIII, XVII, annil, ubique unus.

7. 1". VNDECIM, duo X, tres XII, tres XIV, duo XV, unus XIV annorum.

7. 2". SEX, unus æt. XI, duo XIII, unus XIV, duo XV.

7. 3". SEPTEM, duo XI, unus XIII, unus XV, duo XV, unus XVIII annorum.

S'. QUINQUE, unus æt XII, unus æt. XIV, duo XVIII, unus XIX.

8'. I" UNDECIM, unus æt. XII, unus XIII, duo XIV, duo XV, unus XVI, tres XVII, unus XVIII.

8. 2". SEX, ætatis annorum X. XI. XIII. XIV. XVII. XIX.

8'. 3". TRES, annorum X. XI. XV.

9'. Duo XIII annorum.

9'. I". SEPTEM unus æt. XIV, unus XVI, unus XVII, tres XIX, unus XX.

9'. 2". TRES, annorum XII, XIV, XVII.

9'. 3". QUINQUE, unus XVI, unus XVII, duo XVIII, unus XIX annorum.

10'. 2" UNUS, XVI annorum

10'. 3". Duo, alter XVI, alter XVII annorum.

11'. UNUS XVIII annorum.

SEC

11'. 1". Duo, XVI. alter, alter XVII. annorum.

11, 2"



11'. 2". Duo, alter XV, alter XVII annorum.
11'. 3". UNUS XVII annorum.

I. I'. UNUS æt. XVI. annum agens.

Constitit his, incrementi modos inter tres & tredecim pollices vagari, extremorum vtrinque solitariis extantibus exemplis. Largioris incrementi frequentiora exempla, quam exilioris, catalogus offert, ut mensuræ cum spectatoris obiter concepta æstimatione consentiant. Sed idem calculus, provectiores maxime atate. incrementi maiorem modum, intra idem tempus attigisse, docet; quod quidem Plinii illud (*) memoriæ revocavit: "homo crescit in Songitudinem ad annos vsque ter septenos, tum deinde ad plenitudinem; Maxime autem pubescens nodum quendam solvere & pracipue agritudine, sentitur; cui quoque Illustrissimus de Buffon sententiæ accedere videtur (†); quam tamen hactenus nondum certis observationibus sirmatam cognoveram, dolueramque, plane nullam ejus rei mentionem fieri a Summo Viro A. de Haller. qui, vt omnem humani corporis physiologiam, alter ejus parens herculeo labore, ab hypothesium Commentis repurgatam, sido experimento, fanoque iudicio, solis stabilibus doctrinarum fundamentis fuperstructam stitit, sic in vitæ humanæ stadiis explicandis, eodem & observatorum penu & judicii acumine instructus defudavit. (**) Incitamento hæc fuerunt, ut observationem, primum academiæ. in promovendo incremento, virtuti explorandæ unice confecratam. ad experiendum, quid variis ætatis annis alumni creverint, proferrem, cujus observationis ex plurium academiæ adscriptorum iuvenum exemplis calculum collegi, cum æquus subjectorum numerus deficeret, quorum a tenerrima ætate ad incrementi finem stadia in eodem

^(*) C. PLINII Secundi Nat. hist. L. XI. p. 213. Lugd. 1553.

⁽⁺⁾ Histoire Naturelle Generale & particuliere &c. T. II.

^(**) Elementa Physiologiæ C. H. Auct, Alb. Hallero. T. VIII, Bernæ, 1756.



eodem homine persequi licuisset. Propono itaque calculum, ab anno quinto ad vigefimum fecundum incrementi rationes supputantem, adjectisfimul, in memorati cujusque anni mensuris, staturæ eius ætatis summo infimoque, quem observavi, termino, ut & isti, historiæ hominis, calamitoso defectui, quantum in meesfet, fuccurrere fatagerem.

Quinto ætatis anno minorem academia non admittit, nec porro ejus ætatulæ pueros.

In QUATUOR alumnorum numero a V ad VI annum incrementum fuit:

Vni 3". Duobus 1'. 2". Vni 2'.

Statura ultra 3. 2'. citra 3. 10'.

Ab anno VI ad A. VII. E QUINDECIM pueris incrementum fuit Vni I" Vni 3". Tribus 1'. Vni I'. 1". Quatuor 1'. 2". Duobus 2'. Vni 2' 1". Vni 2'. 3" Vni 3'.

Statura ultra 3. 3'. 2". citra 4. 2".

Ab A. VII. ad A. VIII. E TRIGINTA NOVEM

Tribus 1". Tribus 2". Quinque 3". Decem 1'. Tribus 1'. 1". Tribus 1'. 2". Tribus 1'. 3" Vni 2'. Duobus 2'. 1". Quatuor 2'. 2". Vni 2'. 3". Vni 3'. 2".

Statura ultra 3. 7'. 2". citra 4. 4'. 3".

Ab A. VIII. ad A. IX. E SEXAGINTA
Quinque 1". Quinque 2". Sex 3". Quinque 1'. Sex 1'. 1". Sex 1'. 2". Tribus 1'. 3". Ofto 2'. Quinque 2'. 1". Duobus 2'. 2" Quinque 2' 3". Duobus 3' 1" Vni 3' 3" Vni 2.1.

Statura ultra 3. 8'. 3". citra 4. 8'. 1".

Ab A. IX. ad A. X. E SEPTUAGINTA QUATUOR. Vni 2". Duobus 3". Sex 1. Vndecim 1'. 1". Sex 1'. 2". Septem 1'. 3". Octodecim 2'. Undecim 2' 1". Septem 2' 2". Duobus 2'3". Uni 3'. Duobus 3'1". Statura ultra 2. 9'. citra 4. 11'. Trium faltem exemplis, qui intra quartum pedem substiterint. Elementa Physiologice C. H. Aust. All. Hellers, T. VIII, Berner, 17,56,



Ab A. X. ad A. XI, Ex CENTUM TRIBUSQUE.

Vni 2" Duobus 3". Sex 1'. Quindecim 1'. 1". Octodecim 1'. 2". Viginti duobus 1'. 3". Novem 2'. Duodecim 2'. 1". Septem 2'. 2". Duobus 2'. 3". Sex 3'. Vni 3'. 1". Duobus 3' 2".

Statura, a 3. 11'. 2". ad 5. 2'. Duorum faltem exemplis, quarto pede inferiorum, unius, qui quintum pedem attigerit.

Ab A. XI. ad A. XII. Ex CENTUM ET TRIGINTA DUOBUS.

Vni 2". Quinque 3". Tredecim I'. Septem I'. I". Sedecim I'. 2". Viginti Septem I'. 3". Vndeviginti 2'. Sedecim 3'. I". Quatuordecim 2'. 2". Quatuor 2'. 3". Sex 3'. Vni 3'. 1". Duobus 3'. 2". Vni 3'. 3".

Statura ultra 4. 1'. citra 5. 2'. Paucioribus eorum exemplis, qui ad quintum pedem se extenderint.

Ab A. XII. ad A. XIII. Ex CENTUM ET VIGINTI QUATUOR.

Vni 2". Septem 3.". Decem 1'. Viginti 1'. 1". Vndecim 1'. 2". Quindecim 1'3". Viginti. 2'. Viginti duobus 2'. 1". Nouem 2'. 2". Quinque 2'. 3". Duobus 3'. Duobus 3'. 1".

Statura ultra 4. 2'. 1" citra 5. 5'. 1".

Ab A. XIII. ad A. XIV. Ex CENTUM ET NOVEM.

Vni 2". Tribus 3". Nouem 1'. Quatuor 1'. 1". Quatuordecim 1'. 2". Sedecim 1'. 3". Septemdecim 2'. Vndecim 2'. 1". Tredecim 2'. 2". Decem 2'. 3". Quinque 3'. Duobus 3'. 1". Duobus 3' 2". Vni 3'. 3". Vni 6'.

Statura a minimi vnius exemplo 4. 1". ad alius fingulare exemplum 5. 9'. 2". ejus, qui hoc anno 6' auctus fuit.

Ab A. XIV. ad A. XV. Ex Nonaginta Quatuor.

Duobus 2". Duobus 3". Septem 1'. Vndecim 1'. 1". Nouem 1'. 2".

Novem 1'. 3". Decem 2'. Vndecim 2'. 1". Nouem 2'. 2". Nouem 2'. 3".

Sex 3'. Vni 3'. 1". Duobus 3'. 2". Quinque 3'. 3". Uni 4'. 2".

C 3



Statura a. 4. 5'. ad 5. 11'. 2".

Ab A. XV. ad A. XVI. Ex CENTUM ET DUOBUS.

Vni 1'. Octo 1'. 1". Duodecim i'. 2". Quinque 1'. 3". Duodecim 2". Nouem 2'. 1". Octo 2'. 2". Octo 2' 3". Nouem 3'. Vndecim 3'. 1". Novem 3'. 2". Quatuor 3'. 3". Tribus 4'. Duobus 4'. 1". Vni 4'. 2".

Statura a 4. 7'. 1". ad 5. 10'. 2".

Ab A. XVI, ad A. XVII. Ex SEPTUAGINTA SEPTEM.

Vni 2". Quinque 1. 'Septem 1' 1". Nouem 1' 2". Quatuor 1'. 3". Septem 2'. Duobus 2'. 1". Quatuor 2'. 2". Octo 2'. 3". Sex 3'. Tredecim 3'. 1". Sex 3'. 2". Duobus 3'. 3". Vni 4'.

Statura a 4. 9'. 2". ad 6. 3'. Paucis fextum pedem superantibus, paucioribus infra quintum subsistentibus.

Ab A. XVII. ad A. XVIII. Ex QUADRAGINTA OCTO.

Quinque 2". Vni 3". Tribus 1'. Quatuor 1'. 1". Sex 1'. 2" Quatuor 1'. 3". Duobus 2'. Sex 2'. 1". Tribus 2'. 2". Septem 3'. Duobus 3'. 1". Duobus 3'. 2". Vni 3' 3" Vni 4'. Vni 4'. 1".

Statura a 5. 1'. 1". ad 6. 3'. 1". aliquibus ab hoc anno crescere desinentibus.

Ab A. XVIII. ad A. XIX. Ex QUINDECIM.

Tribus 2" Tribus 1'. Duobus 1'. 1". Quatuer 1'. 2". Vni 2'. Vni 2'. 1".

Vni 2'. 3".

Statura a 5. 4'. ad 6. 3'. 1".

Plures a superiori anno nil porro aucti sunt.

Ab A. XIX ad A. XX. Duorum.

Alter 2". Alter I'. auctus.

Statura a 5. 9'. 1". ad 6. 4'. 2".



Ab A. XX. ad A. XXI.

VNUS 1" a 6. 2". ad 6. 3". hic priori anno substiterat, hoc denuo una quidem linea crescens; nec porro quid staturæ ejus accessit.

Ab A. XXI. ad A. XXII.

VNUS 2" a 5. 11'. 1". ad 5. 11'. 3". Provectioris ætatis paucissimi juvenes in Academia vivunt, nec quis ab hoc anno incrementum porro fecit.

His nunc ex rationibus, ad calculum earum, quæ cuivis increscentis ætatis anno frequentissimæ incrementi mensuræ suerint, statum singulis ætatibus increscendi modum definiendo,

Incrementum anni quinti ad sextum sextique ad septimum sluctuabit fere inter primum & secundum pollicem;

Anni septimi ad octavum usitatius incrementum erit circa primum pollicem;

Anni octavi ad nonum inter primum & fecundum pollicem; ad primum quam ad fecundum proclivius.

Noni ad decimum circa secundum pollicem, ut sæpius eum excedat, quam inferius subsistat. Hunc annum agentes plurimi novitii recepti.

Decimi ad undecimum circa eundem erit pollicem secundum, ut contra sæpius infra eum pollicem subsistat, quam ultra procedat.

Undecimi ad duodecimum fimilis erit ratio.

Duodecimi ad decimum tertium eadem.

Decimi tertii ad decimum quartum incrementum alterum pollicem fæpius, etiam majori gradu, fuperabit, quam fecundum ei erit.

Decimi quarti ad decimum quintum iterum frequentiores erunt & fpectabiliores, ultra fecundum pollicem extensæ, quam, eum non attingentes, incrementi mensuræ.

Deci-



Decimi quinti ad decimum fextum magis exfuperat eum modum excedens incrementum, nec ullum occurrit exemplum infra pollicem fubliftentis, dum, reliquis omnibus ætatis annis, obferventur plura ejusmodi exempla.

Decimi fexti ad decimum feptimum, iterum ultra fecundum pollicem frequentius tendit incrementum.

Decimi feptimi ad decimum octavum in aliis remittens, in pluribus pergens ultra fecundum pollicem incrementum.

Hinc citra eum modum fere continere se consuevit paulatim languens incrementum.

Neque ad eum modum, quem Clarissimi Autores proposuerint, sese componit observatio. Minime enim, in distantiæ ab incrementi primis temporibus ratione, ejus seriora tempora languent, ut maniseste aliquam, in ejus stadiis, allata observata inæqualitatem doceant. Et in ovo etiam, ultimo die, vix quidquam, observatum os crevisse, laudatissimus testatur [Hallerus (*), quum tamen incredibiliter, in excluso pullo, tale os increverit (**) Sed diminuti pedetentim incrementi causas vir acutissimus gravissimas exponit (†), quibus, aliis aliisque temporibus, superandis, nulla levia pondera sufficient.

ltaque utrinque momentorum vis libranda: Incrementum utique effectus est, mutuis extendentium & resistentium virium ad sese rationibus, respondens. Faventque huic extendendarum partium facilitas, extendentium copia, extensionis & applicationis vigor; Obfunt extendendarum partium inobedientia, extendentium insufficiens penus & languidior impetus, demum applicationis obstacula.

Qui-

(*) Deux Memoires fur la formation des os par A. de Haller, Laufanne, 1758. p. 242.

^(**) Ibidem Table. a la fin.

⁽⁺⁾ Elementa Physiolog. T. VIII. L. XXX. S. XII.



Ouibus ea omnia complector titulis, que a minuta vasorum copia, a fluidorum ad folida exiliori portione, a cordis irritabilitate fracta, a tenaciori fibra, & ponderis specifici partium augmento Perill. de Haller contra incrementi feri vigorem, argumenta repetit (*). Atque eorum quoque vim, in reprimendo incremento, fin minus augeatur faventium conditionum pondus, agnosco. fervata mauifestum ab anno decimo tertio decimum octavum verfus, intra quos pubertatis fere stadium cadit, incrementi superpondium, annorum proxime antecedentium modum superans, oftendunt. Observavi etiam, quod commentariis exhibere longius fuisset, primo, quo Academiam intrarent, anno, plurimos spectabilem incrementi modum attigisse, & plures observarunt, cœli & vitæ generis in melius mutationes velox fæpe incrementum produxisse-Annum præcipue hujus feculi feptuagefimum fecundum augendi incrementi virtute præ reliquis excelluisse, primum, cum calculum fubducerem, propemodum existimaveram; sed postea exquisitius examen instituens, ejus phænomeni causam exinde repetendam credidi, quod plures & novos & pubertatis stadia ingressos alumnorum catalogus ejus anni exhiberet. Investigavi itaque causas quæ dictarum conditionum utramque tali effectui edendo aptam reddere valerent. Pubertatem, summam in corpore humano rerum conversionem efficere, omnibus in confesso est (**); plurimum eo tempore irritabilitatem corporis vigere (+), & reforptum semen (++), agilibus odoratu etiam percipiendis (o) particulis ditiffimum. robur virile in homine, & in masculo animale augere, stimulumque addere, qui cor & reliqua organa motus irritet, & ex hominis observatione, & comparatione cum animalibus facta, ipsi Phyfiolo-

(*) Ibidem.

^(**) Elem. Physiol. Tom. VIII. Libro XXX. Sect. I. S. XIII.

^(†) Tom. VII. L. XXVII, Sect. III, S. XV.


⁽⁺⁺⁾ Ibid. S. II. III.

⁽⁰⁾ Sect, II. S. II.




siologorum principi est placitum. Etiam staturam castratione deprimi, Summus Vir fatetur. Neque negligenda vocis a pubertate mutatio, ejusque in castratione sita mutationis præpediendæ vis, tum in universum debilitatio, quæ ea operatione infertur. Ex quibus omnibus idem Auctor sic concludit: "Intelligimus, cor a sanguine acrimonia alcalescentis participe magis stimulatum, posse, ut "in febre, pulsare vehementius, succosque in vascula crassos adigere, "a quibus dilatentur & increscant, fere uti rubræ particulæ requiruntur, fi offa velis formari. Ita aligua habemus principia peculia-"ris potestatis, qua ex semine resorbto, larynx, barba, pubes, "cornua increscant & glandulæ inguinales tumescant: elementa tamen "fola theoria, cum pauca omnino corporis partes hoc incrementum fen-"tiant, & fere cutanea." Vt & reliquis humani corporis partibus fuum a momentofissimo eventu incrementum reddam, & observata, quæ attuli, & argumenta cogunt, quæ continuo subiungam. Extendendarum partium facilitatem eo tempore majorem lympha affluens glandularum fuccositas conciliat, pubescentibus solennis & medicis fæpe morbi titulo a meticuloforibus narrata, etiam aliquando tumores molestos (*) producens nimiumque partes lubricando articulorum quoque firmitatem aliquando minuens. Et fovere quoque plenus habitus, probe nutritis, adeoque maxime Academiæ alumnis familiaris, fibram omnem, mobilioremque, fervare videtur. Sed & extendentium humorum copia ipfa hac nutrimenti largitate ditatur, & folidiores præ tenera ætate pubescentis ætatis fucci potentius quoque, quam pauperiores, canalibus adacti, extensionem perficere valent. Omnium autem potentissime nouum istud incrementi supplementum impellentis cordis vis & roboris novo fonte auctæ, novoque stimulo percitæ conatu animari, quemque fingularis ejus temporis alacritatis fenfus & quietis impatientiæ memoria monebit. Præterea evolvendorum genitalium jam fere superatus labor ipsum corpus opere liberare videtur, unde expeditius iam & æquabilius fingulis muniis perfungatur, magisque

^(*) F. B. de Sauuages Nofol. Method. T. I. Cl. I. p. 146. Amftel, 1768.



gisque redeat quibusvis, quem fibi dicte partes hactenus potiorem vindicaverant affluxus. Neque ille impetus, ut feminis accidit, hæmorrhagia frangitur maribus, a qua prœcipuum circumscriptioris earum incrementi argumentum repeto & ab incitantis spermatici stimuli defectu. Ipsaque sequioris sexus humilior, ex solito, statura, & partium defectus, quæ manifeste, isto seruente pubertatis æstu, prodeunt, argumento sunt, quam esticax, quamque dicto motui edendo ille par sit. Etiam morbosi eventus congruunt, febribus aliquando incrementum augere observatis, variolis præcipue (*), morbis contra circulum humorum remorantibus incrementum fistentibus, cujus rei in puero nobili exemplum habui in Academia, qui dum hepatis obstructione laborabat gravissima, nec scrupuli incrementum intra semestre secit, superato morbo lætius crevit. Congruunt & præternaturalis atque præcocis proceritatis exempla (†), quæ cum anticipata adulti hominis statura præcocem pubertatem consuevisse fere conjungere, lego. Unde incrementi supplementum, quod pubertatem addere, proposita observata docent, cum reliquis humani corporis rationibus amice conspirare videtur. Cœli & reliqui vitæ generis in melius mutationem ad augendum incrementum in subjectis, ætate illud admittente gaudentibus, conferre, observatione pariter constitit; neque tamen pubertatis, eo in accelerando, vi, conditionis hujus efficaciam æqui parauerim, quam cæterum nostris in exemplis ex victu, cœlo, exercitatione, omniumque, quibus Academia abundat, sanitatis præsidiorum læto concentu, & ex ipfa, omnibus & cognita & agnita, novitatis in mentem non folam, sed, in corpus quoque, potestate, tum & remotione eorum, quæ antea fortassis obstaculo fuerunt, alias & aliis ex rationibus intelligendam esse, duco. Sed nimis crescere libellum, sero jam video, mox, hinc si veniam impetrauero, filum abrupturus.

- (*) G. v. Swieten Comment. T. II.
- (†) El. Phyfiol. A. v. Haller. Tom. VIII L. XXX. Sect. I. S. XV.



the angle of anythe refer and the reserve the state of the Minister and west the the state of the page of a read of the temperature. the more and a state of the sta the content de content and selection of the content the state of the second st control of continue desirate control of the control territoria de la constanta de la composición de la constanta d with a diversion early of official to strain a for it both to many and best Michael Mercundian and we oblight in the front of the first of the control o a. It corresponds to the state of the state sin Bles, swidgath (Dreft turn pres, sistem crave allored to switch the - Court Hit language from . wer live y nothing dos engines do call to the tant intra levicite delic. Minister diprito locality erecut, a Constitue und. Et prarigi abunaparang proponen process and contract to a minimate in a comment of the state of the st employing the design of the second of the second of Pines Purish Make and Control of the reside the state of the state o to the middle one the track man without of their a track inpiles to it - which and produce sensions bad on a less the night of receleration vi. r. r. r. ejedic beingerbricheiten dans aufeitante es fir selection in the selection of the select processing case murally or a world's agreement to be a selected and the And the angular and all the province of the province and inter, de la la compagnation, paradiane, com la rivinote de al let ante cusa storaction is softened to the about a series of the series of the series of ice the adon . J. Fiere, Melain's create its was allowed video, max, wheel restantished and and and cobiner (1) C. v. Swieten Homeschi, T. H.

CARRY, Physical A. v. Haller, Total WHI L. MAIN, Sect. L. S. MV.

Company of the Company

